

clamores, ideo repetitis vicibus viscerose rogando tibi mandamus, ut in quantum statum nostrum et honorem diligis, quantitatem illam, quae mitti debebat in fine mensis proxime preteriti nec non quamcumque aliam tibi possibilem, ultra quomodo cumque non differas destinare, procurans cum ingenti ferventique ac etiam importuna instantia tam apud reginalem celsitudinem et comitem camerarium quam alibi, quod census residuum in instanti nativitate domini vel citius habeatur, ac de cleri subsidio quidquid poteris adunare; nam modicum adhuc erunt haec omnia, profluius debitorum et expensarum attentis.

Caeterum accepimus, quod Florentini multos pannos magnasque mercancias Barulum<sup>1</sup> et Manfredoniam deferri fecerunt, et in regno quod immediate tenetur ab ecclesia plus quam quacunque parte mundi facta sua cum favoribus exequuntur, quod est valde absurdum audire. Quare procures cum sollicitudine, quod bona huiusmodi et quaevi Florentinorum alia capiantur omnino et nostri processus realiter exequantur.<sup>2</sup> Videtur autem nobis expediens, quod ille frater pro publicatione dictorum processuum destinatus ad executionem dictarum mercanciarum celebriter mitteretur. Rursus intellexi, quod contra Robertum de Capua, eo quod tamquam obedientiae filius prosequitur Florentinos et processus eisdem exequitur, regina turbata est, de quo non sufficius admirari patiter et turbari, et praesertim quod spretis censura ecclesiastica et sententiis tam gravibus, ipsa vasalla peculiaris ecclesiae, neglecto insuper buramento, matris suae favore velit notorii inimicis: super quibus studio ferventi procures remedium celeriter adhiberi, omnino faciens quod nullus interveniat in supradicta pecunia quam tocius destinanda defectus, si nobis cupias in aliquo complacere. Datum Rome die xxvi. decembris.

Copia ad Aix. Bibliothèque Méjanes: Cod. 915, f. 363-364.

### 9. Papa Gregorio XI al cardinal de Lagrange ed all'arcivescovo di Narbona.<sup>3</sup>

Roma, 2 marzo [1378].

Dilecto filio Ioanni tit. s<sup>u</sup> Marcelli presb. cardinali et venerabili fratri Ioanni archiepiscopo Narbonensi, sedis apostolice nuncis. Gregorius etc. Dilecte fili ac venerabilis frater. Mirari cogimur, unde

<sup>1</sup> Barletta, nel medio evo detta comunemente Berolum (cfr. per es. MURATORI III, 495; XXI, 43), oggi pure porto di mare non senza importanza.

<sup>2</sup> In principio la regina di Napoli aveva proceduto bruscamente contro i Florentini. Cfr. la lettera di lagnanza della repubblica alla regina in data 15 agosto 1376, registrata in GHERARDI VIII 1, 273, n. 252; più tardi essa cercò di riconciliare Firenze con Gregorio XI. Cfr. SALUTAT. Epist. ed HAGACE I, 82-83, 106.

<sup>3</sup> Cfr. sopra p. 117. Sul cardinale de Lagrange cfr. DU CHENNE Hist. des card. français I, 645 ss.; II, 407. Cfr. MESTZ, Le mausolée du Card. de Lagrange à A. Paris 1886. Di Narbona era allora arcivescovo Giov. Reger nipote di Gregorio; cfr. BALZET I, 830 ss.; II, 778 e Gallia christ. VI (Paris, 1859), 94-95. Con ambedue il papa mandò anche Martino de Salva, vescovo di Pamplona; v. Gallia christ. loc. cit.; SALUTAT. Epist. II, 135 e BATTUO I, 1156.